

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Victoria b
cum fonte primo

Vere tuta pro Christo et cum Christo
pugna in qua nec uulneratus, nec
prostratus, nec conculcatus

fraudabilis a uictoria, tantum ne fugias.
Sola causa qua perdere possis uictoriam
fuga est. Fugiendo potes illam amittere,
moriendo non potes; et beatus si
pugnando moriaris quia mox
coronaberis.

Bernardus in epistola.

O

vere tuta pro Christo et cum Christo
pugna! In qua nec vulneratus,
nec prostratus, nec conculcatus,
nec millies, si fieri possit, occisus,
fraudaberis a victoria, tantum ne fugias.
Sola causa, qua perdere possis victoriam,
fuga est. Fugiendo potes illam amittere,
moriendo non potes; et beatus si
pugnando moriaris, quia mortuus, mox
coronaberis.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 1,
13 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot,
H.M. Rochais eds., p.11, ll.19-21).